



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

VIII. Qui decimas vel ecclesiarum dispositiones laico in saeculo manenti  
concesserit, est deponendus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

C A P. VI. *Idem eidem in eadem epistola.*

De presbytero autem Campaniæ, qui sponte duellum obtulit, & oblatum suscepit, & in eo partem digiti amisit, sicut olim, ita & nunc prudentia tua respondemus, quod cum ipse, sicut & nos vidimus, non perdidit tantum ex digito, quin ipse sine scandalo possit solennia celebrare: satis potes cum ipso post peractam pœnitentiam misericorditer agere, & permettere ipsum in suo ordine ministrare, licet eius excessus grauis sit.

C A P. VII. *Idem eidem in eadem epistola.*

Presbyterum autem alium, qui quemdam puerum in-  
tuitu disciplina percussit in capite, & vulnerauit, cum post <sup>24. Quæst.</sup>  
paucos dies exspirasset, sicut asseris, ab omni altaris mini-  
sterio debes perpetuo remouere, eumque ab officio sacer-  
dotali deponere, si ex ipsa percussione interierit, vel aliam  
infirmitatem incurrit, de qua noscitur exspirasse.

C A P. VIII. *Idem.*

Quamuis sit graue nimis, & diuina dignum animaduer-  
sione habeatur, quod laici quidam, quod sacerdotum est,  
de ecclesiasticis rebus usurpent; maiorem tamen metuent  
formidinem ac dolorem, qui somitem sui erroris in ipso  
clero dicuntur aliquoties inuenire, dum quosdam fratum  
& coepiscoporum nostrorum, aliorumque prælatorum  
ecclesiæ decimas eis & ecclesiarum dispositiones indul-  
gent, & in deuia mortis eos impellunt, qui prædicatio-  
ne eorum ad viam vitæ fuerant reuocandi, de quibus dixit  
Dominus per prophetam: *Peccata populi mei comedunt, dicit oœs 4.*  
*ad iniquitatem prouocant animas eorum.* Vnde statuimus, vt  
si quis alicui laico in seculo remanenti, ecclesiam vel de-  
cimas concesserit, a status suo tamquam arbor, quæ inuti-  
liter terram occupat, succidatur, & donec emendet, rui-  
nae suæ iaceat dolore prostratus.

C A P. IX. *Idem G. Liuonensi episcopo.*

Veniens ad nos P. lator præsentium, nobis exposuit,  
quod antiqui hostis suggerente versutia, furtive diacono-  
natus ordinem suscepit. Vnde tibi duximus responden-

<sup>4. Qui pec-  
cat.</sup>

*Lue. 13.*